



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

F.
lus Io-
egabit
im? Et
est, ne-
aduer
rū sen
ēmper
aliud
trodu-
Hiero-
quòd
gat, q
e eum
hæret.
Græca
is, qua
ipien-
therus
cclesiæ
ritò hæ
um au-
n olim
tas re-
appro
ū hæ-
patro-
nus

DE RETI. FIDE ORTH. 4

nus & defensor videbitur? At qui quum
talis fuerit tuus Luther, adhuc obstina-
tè perges eum negare hæreticum? CA.
Quasi tu demonstrare de illo idipsum
possis.

CAPVT III.

ORTHODOX. Ne per omnes
discurramus hæreticorum erro- Luther
res, aut potius hæreticos, exempli gra- Vniclui-
tia, vnum aut alterum proferemus in stam No-
medium. Vvicleuistam siquidem se o- uatianum
& Mani-
stendit, quando cuncta de necessitate chæum se
prorsus absoluta prouenire, non veri- declarauit
tus est asserere. Nouatiannm seipsum
declarat, quòd pœnitentiam neget pec
catori conducibilem esse priusquam à
Deo gratiam gratum facientem acce-
perit. Nam quum agit peccator, quic
quid in se fuerit, nihilominus tamen
ipse affirmat eum peccare mortaliter,
& deteriorem inde fieri. Manichæum
quoque semetipsum demonstrat, quū
asserit liberum arbitrium non posse
non peccare, sed insuper Manichæo
quouis deteriorem, quū Deum Opti-

B 4 mum

IOANN. SLO. GEF.

mum Maximum peccati autorem facit,
simul & liberum arbitrium non aliud
opinatur quām prudentiam carnis, quę
spiritui & gratiæ semper reluctatur.
Possem innumera propemodum istius-
modi exépla proponere, si liberet per
singulos illius errores & hæreses discur-
rere, sed ista sufficient. CACOD. Vos
quidem multa pro hæresibus habetis,
quę tamen nobis non hæreses, sed sanæ
doctrinæ sunt. Sed esto, donemus tibi
quædam, & ad Ioannem Hus reuerta-
mur. Qua ratione Ioannes Hus hæreti-
cus fuit, quem Lutherus afferuit lucem
veritatis inchoasse? Hæreticos scimus
immersos tenebris plusquam Cymme-
rijs: si ergo hæreticus fuit Hus, quomo-
do per eum lux veritatis inchoata est?

CAPV T IIII.

Ioannem
Hus lau-
dat Luthe-
rus.

ORTHO. Considerandum est nō
nunquam non solūm quid dica-
tur, sed etiam à quo. Haud raro nanq;
vſu venit, vt quis mente vitiatus, & pra-
ua affectione imbutus & præpeditus, di-
cat bonum malum, & malum bonum,
tene-